



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

XXII. De Morte.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)



DE MORTE

MEDITATIO XIII.
EVANGELIVM.

Luc. 16.

HOMO quidam erat diues, &
induebatur purpura & by-
so; & epulabatur quotidie splen-
dè. Et erat quidam mendicus nomi-
ne Lazarus, qui iacebat ad ianum e-
ius ulceribus plenus cupiens sa-
ri de micis quæ cadebant de mo-
diuitis, & nemo illi dabat, sed do-
nes veniebant & lingebant ulcero-
ius. Factum est autem ut morent
mendicus & portaretur ab angelis
in sinum Abrahæ. Mortuus e-
tamen & diues, & sepul-
tus est in in-
ferno.

DE

Hor

CH
E
SPE
N

M
in multitu-
dine
relinqui-
erunt do-
3. Erup-
tumelia i-
gumenta
4. Ter-
dent ad s-
fus; & i-
5. O n-
omini p-
ro quiete
ribus.

c
DE

PARS PRIOR.

PROPHETIAE.

1. MORS peccatorum pessima. *Psal. 33.*
2. Qui confidunt in virtute sua, & *Psal. 48.*
in multitudine diuitiarum suarum gloriatur,
desinquent alienis diuitiis suis, & sepulchra
eorum domus eorum in eternum.
3. Erunt de cidentes sine honore, & in con-*Sap. 4.*
sumptuosa inter mortuos in perpetuum, & erunt
gementes & memoria illorum perierit.
4. Tenent typanum & cytharam, & gau-*Iob. 21.*
dent ad sonum organi. Ducunt in bonis dies
seos; & in puncto ad inferna descendunt.
5. O mors quam amara est memoria tua *Ecccl. 41.*
homini pacem habenti in substantijs suis, vi-
to quieto, & cuius via directa sunt in om-
nibus.

CONSIDERATIONES.

- HOMO natus de muliere, breui viuens *Punet. 1.*
tempore, repletur multis miserijs. *Qui Iob. 24.*
quasi flos egreditur & conteritur, & fugit
velut umbra, & nunquam in eodem statu
per.

permanet. Hæc sunt verba sanctissimi
IOB tanti Dei amici, quæ proposuit
nauendo non solum ad inuiditatem paten-
tia exemplum, verum etiam tancum
imaginem misericordiæ & instabilitatis no-
rum humanarum: ut ea inspecta homi-
nes disserent non desigere spem fuisse
in his bonis caducis & momentaneis,
quæ tam facile nobis eripiuntur. Vt
primo considera, omnia bona & pro-
speritates huius vitæ esse mixtas multi-
tis malis, ac tandem peiore sine tem-
nari, vti scriptum est in Proverbijis. Di-
sus dolore miserebitur, & extrema gaudi-
etius occupat. Ac primo quidem homo
in se est admodum fragilis, vixque ten-
tus ex muliere, & natura constans in-
becilli. Anni quoque vitæ humanae
sunt pauci, ærumnae multæ, quicquid
enim in hac vita est, nihil est nisi pax
& miseria: necessitas enim res pol-
dendi ad sustentandum & conseque-
dum hoc nostrum corpus est continua
quædam seruitus & miseria. Adhuc
sanitas, quam tanto studio tuemur, fa-
cile perditur, perdita cutem magno la-
bore recuperatur; ea autem recuperata
rursum in metu sumus eam perditæ.
Parentes, cognati, amici, aliquenec
cari, quo plus amantur à nobis, hoc

PROV. 10.

maior
mur, &
excru-
uiora
sustine-
do hor-
næ app-
euaner-
ent fæn-
rebit. I
quæ h
labora-
timor
cūten-
tur, a
tuntu-
quæ t
rantu-
obtre-
tur, &
modi-
scens
in co-
lo in
alian
ad pu-
tiam
à iuu-
te ad
in v

maiore cura in ijs conseruandis affligi-
mur, & si illis priuemur, maiore dolore
excruciamur: & aliquando ab illis gra-
uiora damna, quam ab ipsis inimicis,
sustinemus. Adolescentia & pulchritu-
do hominis est velut flos feni, qui ma-
ne apparet, & ad minimū venti flatum
euaneat, sicut dicit Propheta, *Homo si-
cū fēnum dies eius, & sicut flos agri sic flo-
rebit.* Diuitiae inde & bona temporalia
quæ homo possidet in hac vita, magno
labore & sudore acquiruntur, magno
timore & sollicitudine cōseruantur, &
cū tempore consumuntur & minuun-
tur, ac demū magno cum dolore dese-
runtur. Similiter honores, dignitatesq;
quæ tanto studio quæruntur & prosecu-
rantur, postea maxima aliorū inuidia,
obtrectatione, & discrimine possiden-
tur, & denique non aliud sunt, quam
modicum fumi, & vmbra illico euane-
scens. Ad extremum homo nunquam
in eodem statu permanet, ex uno ma-
lo in aliud labitur, ex vna miseria in
aliam: nam dum transit ab infantia
ad pueritiam, à pueritia ad adolescentiam,
ab adolescentia ad iuuentutem,
à iuuentute ad senectutem, à senectu-
te ad mortem, quo lōgius progreditur
in vita, hoc semper magis deficit &
detrahe-

Psal. 128

deterior redditur : nam aliud non est
vita nostra , nisi continuus discensus
vita, cum quot horis & momentis vi-
uimus, tot gradibus viciniores mor-
simus. Denique post omnes miserae
succedit vltima, omniumque maxima
MORS ipsa , in qua terminatur vi-
nostra. O mors quam amara est
moria tua ; quam celer aduentus tuus
quam dubia & incerta hora. Magni ho-
mines huius mundi effugere te neque
int, non eudere sapientes , fontes, &
robusti per te omnibus viribus delin-
antur. Nullae apud te valent opes, non
uuat generis nobilitas ; qui cquid ho-
mo multo labore multis annis coate-
auit , vna eripis hora ; tu omnes spe-
humanas & cõilia abscondis, homines
omnibus bonis spolias, & omnium m-
orum fons & author es. Denique tal-
s ut DEVS ipse testatus sit, se te non
reasse, sed inuidia, & fraude diabolus
atroxisse in orbem terrarum. Si ergo
ita nostra aliud non est, quam con-
ens quædam profectio ad mortem, &
ora mortis simul est hora nostri m-
ori, qua pronunciatur sententia, in
ternitatem omnem vel beati vel mi-
tri simus; quæ maior incuria & tem-
tas nostra esse potest , quam temp-
ta

Sap. I.
Rom. 5.

VITA
CHRISTI. PARS II. 607
liud non est
us discellum
omentis ve
iores mort
nes miser
ue maxima
minatur v
nara elas
mentus rur
Magni bo
re te neque
, fortes, &
bus delin
opes, au
uicquid
nis coate
omnesq
s, homina
nnium m
enique t
t, se te no
diabolus
Si erg
iam com
notem, &
oltri in
ntia, vnu
ati vel m
a & tem
m semp
a
initinere esse ad audiendam illam sen
tentiam, & simul persistere in peccatis,
hoc est, ad maiorem semper indigna
tionem prouocare ipsum iudicantem?
Aperi ergo oculos homo miser, & con
sidera quod iter conficias, quo tendas,
& pudecias in teipso, considerando
quanta mala sis incursum, si tandem
a malè agendo non desistas.
2. CONSIDERA, quomodo ex
vna parte mors sit certa & infallibilis,
statutum enim est ut dicit Apostolus, *heb. 9.*
minibus semel mori, nec modo certa est,
sed etiam admodum facilis, cum infi
nitis & leuissimis de causis saepe con
tingat. Ex alia parte, quamvis tam cer
ta sit & facilis, tamen quoad tempus &
horam, est incertissima, persequetur e
nim te, cum maxime videbere securus,
& minimè de eius aduentu cogitabis.
Dies Domini, ait Apostolus, sicut fur in *1. Thes. 5.*
nocte ita veniet, cum enim dixerint, pax &
securitas, tunc repentinus eis superueniet in
teritus. Atque experientia quotidiana
declarat, dum homines minimè de dis
cessu è vita cogitant, quando maximè
negotijs huius mundi tractandis dediti
sunt, opibus accumulandis, dignitati
bus procurandis illecebris huius vita
sectandis, cruditione comparanda, mo
licia-

608 MEDITAT. DE VITA

liendisque magnis rebus, ac si milles
annos adhuc vivi tui essent in hoc sa-
culo, ecce subito irruit mors & filo ve-
ta & resciutto, omnes eorum spes & mar-
nationes irritas reddit & sicut sine co-
gnitione sui, & exitus sui vixerunt, si
ex improviso sineulla cogitatione se-
se & sua salute moriuntur. quoniam
modum Dominus ipse nos commu-
nificat exemplo diuitis, qui cum multa
bona collegisset, nec locum habent
ubi fruges omnes reponeret, cogi-
uit intra se. Destruam horrea mea, &
alia aedificabo maiora & capaciora, &
dicam. *Animam meam habes multa bona pia*
in amos plurimos, requiesce, comede, ibi, p
pulare. Cum autem haec mente cogi-
ret, mox ei dictum fuit a Deo. *Stabili*
noste animam tuam repetent a te, que o
temporaasti cuius erunt? Deinde confi-
ra, non solum tempus & horam ma-
ris esse incertam, sed etiam modum
quo sumus morituri, num inter nos
in aquis, gladio, an in lecto, domi
foris, num deuorandi a feris, an
consumendi, vel etiam ex alto pre-
pitandi, & denique num illo momen-
to sint nobis affutura praesidia ad hoc
moriendum, nec ne? & quod omni-
um maximum est, incerti criminis quan-

Luc. 12.

ne si malo-
in hoc le-
s & filo ve-
es & madu-
er sine or-
ixerunt, in
itratione
. quenad-
os comite-
ii cum mi-
um habeat
et, cogi-
re a me, &
paciors, &
ta bonifia-
sede, hinc &
nte cogi-
o. Stalke-
te, que
de confi-
oram mo-
m modu-
in terra, n
, domi n
, aniqu
alto pia-
o manu-
a ad be-
od omni-
rimas qu
200

nimi præparatione simus in mortem ex-
cepturi, num in gratia, an in offensione
Dei, in statu salutis, an in damnationis,
quod magnum debet nobis inutere
terorem nam, ut scriptum est, si cecide-
ti lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in Eccl. 11.
quocunque loco ceciderit, ibi erit. Per austriū
designatur caritas & gratia Spiritus San-
ti. Per aquilonem vero, iniquitas &
offensa Dei.

4. CONSIDERA omnes pœnas,
que tanquam nuncij mortem præcur-
runt. Prima est, timor ipsius mortis de-
puo Propheta loquens dicebat. Formido **Psal. 54.**
mortis ecce cedit super me, timor & tremor ve-
nerunt super me. Et quia mors est, ut qui-
dam Philosophus dixit, **omnium terribi-**
lum terribilissimum, sicut homo naturali-
ter appetit suū esse & vivere, ita naturali-
ter reformidat morte, eiusq; memori-
am refugit. Ac quamquā, ut omnīū æ-
tumnaru terminus est, videatur optabi-
lis, tamen in se spectata, pena valde acer-
ba est, & priuatio ipsius esse & vitæ hu-
manæ, naturaliter est formidabilis &
horrenda: sic prorsus, ut ipse Christus
domin' noster imminente morte (ex na-
turali quodā horrore spōte pmissō (ca-
perit pauere & cōtristari. Primus ergo
id quo nos solet mors scriere, est timor
mortis

Matt. 26.

619 MEDITAT. DE VITA

mortis, qui magnam afflictionem
angorem afferit homini hanc vitam
manti. Nunc cogitet is, qui omnes
consolaciones in diuturniore vita po-
fitas habet, & ad moriendum omnia
est imparatus, quomodo affectum
sentiet, quam acerbus & inexpectus
nuncius ei futurus sit, cum valentia
corporis desperata, monebitur ut pro-
paret animam suam; tunc enim mo-
oculis obiicit se perpetuum exilium
ex hoc mundo, cernetque adesse horam
qua auellendus sit ab omnibus tem-
carissimis, patre, matre, cognatis, am-
cis, gratia & favore Principum, digni-
tatis, palatijs, agris, vineis, hou-
omnibus commodis & delitiis hu-
vitae: sic ut res quas plus amauit,
busque maxime oblectabatur in
mundo, sint illo temporis puncto
star gladij cor transuerberantis futu-
tantoque grauiore dolore defecit
quanto ampliore amore & valorem
possessae sunt, Altera pena, quae non
lum imaginatione; sed sensu quod
ipso percipietur, est amarissima cor-
ris & animae separatio, ac tam amara
societatis dissolutio, anima pauci
egrediēt, imò vi à corpore, quod
topere amabat, auulsa; quam penitentia
angustiarēt; nullus
auit, nisi
didit.

CH
C O
lo punct
zime in h
meru siste
ustissimi
tam exig
que tanti
dit: atque
ledition
acerbitas
ad illud
candi fue
vermis, o
peccator
sideriorū
tota vita
petrator
bit: sicut
tute hon
fraudule
sumptae,
titui san
bus, &c
penitent
nique t
ceptis a

angustiam nemo verbis exprimere posse; nullus enim experientia illam pro-
i omnes suos habuit, nisi qui extremum spiritum redi-
ore vita posse.

CONSIDER'A, quomodo il-
lo puncto angor animi augescat, & ma-
nime in homine peccatore, ex summo
metu sistendi se tribunal tremendi &
iustissimi iudicis Dei, cuius dum vixit,
tam exiguum rationem habuit, quem-
que tantis criminibus. & iniurijs offen-
dit: atque imprimis ex metu aeterni ma-
ledictionis & condemnationis. Tunc
acerbitas paenae patefaciet oculos, qui
ad illud usque tempus voluptate pec-
candi fuerunt occlusi; tunc conscientia
vermis, obiecta multitudine & fidgetate
peccatorum, prauarum cogitationum & de-
sideriorum, omniumque malorum operum,
tota vita contra Deum & proximum per-
petratorum, mirè eius peccatus excrucia-
bit: sicut & anni male impensi in serui-
tute hominum, mundi & carnis, opes
fraudulenter acquisitae, & peius con-
sumptae, ac speciatim quod toties Spi-
ritui sancto, diuinisque inspirationibus,
& occasionibus emendandae vitae,
penitentia que agenda restiterit, ac de-
nique tot beneficijs & donis a Deo re-
ceptis abusus fuerit. Vnde videns hinc

Cc vitam

vitam turpitudinē transactam, illius gla-
diū vindictē diuinæ capiti suo imper-
dentem, miser vndique circumfere-
rit grauissimo timore, instar incen-
sati, qui sciens se reū mortis, cernit
dicem, iamiam sententiā capitale ful-
minantem, à qua nullo modo amplius
appellari possit. Qui terror maiorem in
modum accrescit, ex horribili cogita-
tione aeternitatis: quæcunq; enim
illi contigerit, in ea perstandum erit in
seculū sæculi. Tunc qui tot annos fu-
stra consumpsit in irridendis illis quæ
Christo seruierunt, eumque ad vicum
studiū sunt cohortati, incipiet polida-
re vel dimidiā horulam sibi danū
deploranda peccata, & non concorde-
tur, vti refert S. GREGORIVS in Pe-
logis de iuuene, qui totam æatem
triuferat accumulandis opibus, ambi-
dis honoribus, & perfruendis volup-
tibus carnis; is enim impendente mo-
te, vt vedit se innumera maligna
spirituū turba obfessum, cœpit con-
fuscare, & magnis clamoribus pauci-
lum temporis postulare his verbis, In-
ducias vel yisque mane, Inducias vel yisque
mane. & inter hos clamores miserabil-
iter anima ex corpore excessit; aequa-
ita, qui tot annos ad agendam præ-
parauit.

DE VITA
m, illiagla-
ti suo impe-
circumsepus
nstar incar-
tis, cernit
capitalis ful-
modo amplus
or maiorem in-
rribili eogni-
nq; enim los-
andum erit in
ot annos in-
tendis illis su-
ie ad virtus
ipiet politia-
i sibi dan ad
on concedo-
RIVS in De-
atatem hui-
bus, ambore-
dis volup-
udente mac-
nalignorum
epit contri-
bus pauci-
verbis, Ir-
ias vel fore
miserabilis
effit; aqua-
dam pen-
na-

CHRISTI PARS II. 63

entiam habuerat, sed agere noluerat,
cum in hora mortis etiam atque etiam
minimum tempus pœnitentiae agen-
dæ exposceret, iusto iudicio Dei nō est
exauditus, conuenienter illi dicto sa-
pientis, *Qui declinat aures suas, ne audiat Pro. 28.*

5. CONSIDERA quanto horrore
obruendus sit peccator ex præsentia &
conspictu malignorū spirituū, qui, sci-
entes quia modicū tempus habent, sub horā *Apo. 12.*
mortis, tūm multitudine, tūm horrifica
specie sua conabuntur miseram animā
perterrefacere, & in barathrū desperati-
onis præcipitare. Circundabunt itaq;
illam canū rabidorū instar, & hi antib⁹
faucibus conabuntur deglutiire, secun-
dum illud Prophetæ, *Aperuerunt super te*
or suum, sibilauerunt & fremuerunt dentibus
& dixerunt, deuorabimus. En ista est dies *Tren 2.*
quam expectabamus, iniuenimus, videmus. Et
quod pluris faciendum est, non solum
horribili aspectu & multitudine eos af-
fligent & deuexabunt, sed etiā multipli-
ci variarū, grauissimarumq; tentationū
insultū, nā callidissimi illi animæ no-
stræ hostes, sciētes morte terminari o-
mnia merita & demerita, eoq; in statu
permāsuras animas, quo ex hac vita di-
cedūt, idcirco in mortis agone omni-
bus virib⁹ eis insiliūt, vt vel impellant

64 M E D I T A T . D E V I T A

cas ad desperationem , maxime , in
peccatis vitam transgerint , aut certe
negligenter vitæ tempus expendent
vel ad nimiam securitatem traducant
vt faciunt in hominibus religiosis , &
alijs hominibus pijs . Alios etiam ad
impatientiam cōmouent , propterea
tas molestias quas secū affert infinie-
tas , ac imprimis ob angustiam & dole-
res mortis , nūnullis quoque immo-
tunt tentationes de fide , alijs de hæ-
phemia , speciatim ijs qui consueta-
nem huius maledicti vitij habuerunt .
Denique & quorundam mentes ob-
turbat superfluis curis & cogitatio-
bus rerum temporalium , quomodo lo-
cas dispensare debeant , ita ut nullum
locum relinquant cogitationibus
salute animæ . Iam si dum recte re-
mus , & liberè orationi vacare pos-
mus , aliorumque adiuuari con-
vix possimus nos tueri contra vani-
dæmonis tentationes ; quid agemus si
cū à tot rabidis dæmonibus obli-
bimur , & auras habebimus confusas
obturatas , intellectum & voluntatem
doloris timorisque ychemetia in-
turbatam , vt parum admodū boni pos-
tare possit . Accedit , quod quo hanc
in vita suaper incuriam maiorem

maxime, si in
rint, aut certe
is expeditum
em traducatur
s religiosis, &
Alios etiam si
nt, propter
affert infi-
ustiam & dole-
uoque immo-
, alijs de bles-
ui confusione
itij habuerint
n. mentes &
& cogitationes
, quomodo
ita ut natus
itationibus &
um recte
vacare pos-
uari confusio
contra via
id agemus in
alibus obli-
mus confusio
& voluntate
nictia in pre-
odū boni pro-
d quo hoc
maiorem

testatem & licentiam Dæmoni in se
teliquit, hoc illo momento impoten-
tius illum inuadet, & ipse impetum e-
ius sustinere non valebit.

6. C O N S I D E R A, quomodo ho-
mine iam ad extrema deducto, immi-
nenteque illa tremenda hora, qua lon-
go itineri vitæ huius finem imponere
debet; Ecclesia velut misericors mater,
in tanto discrimine incipiat filios suos
orationibus & sacramentis iuuare. Tūc
Iac. vlt.
sacerdos sacro oleo inungit omnia
sensuum organa, oculos, os, pedes, cæ-
tera membra infirmi, inuocans Deum,
vi condonet quicquid illis membris
deliquerit. Iam ergo, si abusus fuisti o-
culis, lingua, alijsue membris, & occur-
serint illo momento peccata, quæ illis
comisisti; quantum quæso nummo-
rum exsolueres, ut nunquam oculos è
terra sustulisses, non os aperuisses, non
pedem mouisses ad offendendam di-
uinam Maiestatem? Post hæc sequitur
extremus conflictus cum vita, agor &
angor mortis, quando cereus accendi-
tur, & in aurem in clamatur ut corde
saltem, si non poteris ore, spiritum tuū
Deo commendes. Quo puncto non
modo peccatores, sed etiam sanctissi-
mi qui que magno metu & tremore

Cc : con-

concuti sustinde solent, vti legimus
S. Hilarione, qui vicinus morti caput
tis artub. cōtremiscere, & morte in-
midare, sic vt animādi sui causa direc-
tione. Egredere o anima mea, egredere e
pore quid times? Septuaginta annis
uiuisti Christo, & adhuc morte
Si ergo timebat ille qui in tanta
steritate & sanctitate in cromo tot
nis Christo seruierat; quid faciet pe-
tor, qui forte totidē annos consipie-
summa dissolutione vitæ quo ille
fugiet? cuius auxiliū implorabit? co-
cunq; n. se verterit multas & impa-
inueniet causas turbationis & trou-
Si enim respiciat sursum, videt glori-
iustitiæ sibi cōminantem, si deca-
videt infernum hiantem, & supponit
Eterna sibi in eo decreta; si intrat
tit cōscientiæ, vermem crudeliter me-
dantem, cernit turbam dæmonum
deuorandum, ipsum præstolantem
se conuertat retro, videt opes, con-
guineos, omniaque reliqua in qua
fiduciam suam collocarat, hic deca-
qui, nullumq; sibi posse ferre auxiliū
Vellet quidem miser fugere seipsum
sed fieri non poterit; volet terga mo-
re, sed nō cōcedetur. Deniq; impo-
te hora illa terribili separationis

corporis, vide quomodo totus pallens
morti caput, extrema manuum pedumq; frigescant,
vultus immutetur, oculi concidunt, & ob intolerabilem dolorem sursum deo:sum conuoluantur. Tunc expagnata natura totū corpus sudore frigido madescit, & membra omnia obrigescunt, pulsus languescit, pectus se attollit, & constringitur, anhelitus diffusus & crebrius trahitur, ac deniq; eximo pectore colligens sese subito deficit, & ecce mox sequitur lethalis oppressio, & aculeus mortis, quo cor intimū penetrante, mortaliq; angore praeualete, cogitur anima ē corpore secedere.

7. CONSIDERA denique quomodo finito hoc conflictu, anima egreditur, & supersit corpus omnibus suis bonis exutū: sicut enim nihil pluris sit, & commodius tractatur corpore dum viuit, sic nihil vilius, contemptius, & detestabilius est corpore mortuo. nam quod prius videbatur tam elegans, tam honoratum, tam laute & delicate nutritum & ornatum, cuiusque causa totū opes accumulabantur, totusque mundus sua officia deferebat, digressa animatam deformē, horribile & miserabile cadaver redditur, vt omnes ab eo intuendo vel attingendo abhor-

Cc 4. reant;

reant: atque etiam parentes, fratre
mici laborent, ut primo quoque tem
pore efferratur, & sepulturæ mande
Quod dum sit, uno tantum linteo pa
no obuolutum instar putridæ car
in fossam inter alia cadavera vermis
scatentia deiicitur, ab ipsisdem mo
vorandum: atque ita, cuius nomini
to mundo celebrabatur, alijs incus
pes & honores succedentibus, tri
spatio è memoria hominum elat
ac si nunquam exsistisset. Contem
re nunc quo euadat, & emergat on
dignitas & existimatio hominii. In
termius est omnium sceptrorum de
adematum & coronarū. Hic finis
riæ & omnis fœlicitatis humanae
nunc suunt Principes gentium, qui
minabantur bestijs terræ & aribus ca
li, qui velut aquilæ se in calum ca
lebant, & intra stellas nidum suum co
abant; qui tot auri argenteique theli
ros coaceruabant, & non erat finis a
quisitionis eorum; quorum alij glori
bantur de viribus & potentia, alii de
generis nobilitate, alij de corporis
nustate, alij de sapientia? Vbi
sunt amatores huius sæculi, qui
splendidè vstiebantur, tam laute &
pi pare comedebant & bibeant?

Bar. 3.

entes, fraudes, iuris, mandatorum, luctuorum, & horrorem abierint? Defecerunt in vanitate dies eorum, & amici eorum cum festinatione, inquit Propheta. Atque ut in hoc mundo vitam duxere, similem diuitis epulonis, sic in altero mundo una cum illo sepelientur in inferno, ubi ex-intolerabili voracium flamarum ardore amarissimis lacrymis orabunt & postulabunt sibi unam guttulam aquae frigidae subministrari, & in aeternum non concedetur.

8. AGE nunc anima mea, intuere te in hoc alienae misericordie speculo, & disce, quam rationem viuendi tenere debet, ut bene moriaris. Considera tuam quoque horam cito ad futuram, teque in aliam regionem omnino ignotam, horrore & umbra mortis plenam migraturum, ubi continuo tibi occurrerent monstra infernalia, leones, & lupi rabiidi, ad te deuorandum parati: nec erit, qui te tueatur ab eorum incursu, vel horrendis eorum fauibus eripiat. Tunc tremendo summi iudicis tribunalis fieris, ubi nihil eorum quæ tu hic in or-

C. 5. dinar-

Psa. 77.

Luc. 16..

620 MEDITAT. DE VITA

dinatè amauisti poterit tibi adiumento
esse, nam ut dicit sapiens, Non proderat

Proh. 11. diuitiae in die ultioris: in ultiā autem liberabit à morte.

Tunc dolēbis de tanto tempore infructuosè impenso, de puniti missis tot bonis operibus, quæ facer poteras, & de perpetratis tot malis, i quibus facile potueras abstinere. Quæ nunc dum tempus suppetit, elige nū magis securam, dignam age de peccatis commissis pœnitentiā, & deinceps maiore studio seruias Domino & peccati, ut postea in hora mortis, ante te vitæ memoria, plus afferat solamq; mœroris. Obsequere consilio sapientis.

Eccles. 9.

Quodcumque, inquit, potest faceremus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt quid inferos, quo tu properas. Imò audi conlium ipsius sapientiæ increare. Ego consentiens, inquit, aduersario tuo daberis via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudicii, & index tradat te ministro, & in carcere mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nonissimum quadrantes. Hic aduersarius non est alius, quam conscientia propria, quæ semper nos coarguit, & stimulat ad agendum de nostris peccatis pœnitentiam, ne ad extremum te cogatur accusare coram

1613

Matt. 5.

C
terno i
num in
bilem
nunqu
pingai

D
S

1. P
2. C
heredi
tris.
3. II
refrig
4. I
nont
oculis
pace.

V
ad a
ex ha
mor

E VITA
i adiumento
Non prodigi
autem libe
te tanto tem
o, de prae
que facie
ot malis, i
inere. Quie
, eligevan
ge de perci
& deinceps
nino & pio
is, ante aze
solatij qui
filio sapient
faceremus
e opus, ut
erunt quid
audi con
aræ. Ei
no dum ei
aduersari
o, & in cur
on exiesce
uadram
ius, quam
mpernos
ndam de
neader
oram
tendo

CHRISTI. PARS II. 621

terno iudice, à quo in manus ministro
num infernalium tradaris, & in horri
bilem illum inferni carcerem, vnde
nunquam amplius exitus pateat, com
pingaris.

DE MORT E IV- STORVM, ET SER- VORVM DEI.

PARS POSTERIOR.

PROPHETIAE.

1. *PRETIOSA in conspectu Domini mors Psal. 115.*
sanctorum eius.
2. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce Psal. 126.*
*hereditas Domini, filij merces, fructus ven
tris.*
3. *Justus si in morte p̄eoccupatus fuerit, in Sap. 4.*
refrigerio erit.
4. *Iustorum anime in manu Dei sunt, & Sap. 3.*
non tangit illos tormentum mortis. Visi sunt
oculis insipientium mori, illi autem sunt in
pace.

CONSIDERATIONES.

VENI in hortum meū sōor m̄a sponsa. *Pun.*
Hæc verba à cœlesti sp̄ōlo dicūtur
ad animam virtute p̄eeditam quando
ex hac vita est discessura, tanto enim a
more prosequitur animas à quib⁹ ama

Cc 6 tur

622 · MEDITAT. DE VITA

tur & colitur, ut vocet eas nō solum
micas, sed etiam sorores, sponsas & ho-
lias, atque ideo dum in extremo ag-
ne & lucta sunt his dulcissimis verbis i-
Christo inuitantur, ac imprimis in
no quodam alloquio ad cor ipsorum
quo quasi certae & securae efficiuntur
sua gratia, eas mirabiliter consolantur.
Vnde licet mors in se, ut dictum est, la-
horrenda & metuenda, tamen ab ho-
minibus pijs & religiosis suscipitur a
desiderio, quatenus est miseriari & a-
rum narū huius vitæ terminus, & pre-
cipuum futuræ fælicitatis. Merito ergo
ad mortem anhelant, qui nullam tem-
huius mundi amant, sed omnes con-
voluptates & vanitates aspernantur
ac ardētissimo affectu ad cælestes a-
rant delicias, dicentes cum sancto Ilo
Propheta. Quemadmodum desiderat cœ-
ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea
ad te Deus. Situit anima mea ad te Dei ju-
tem viuum, quando veniam & apparebit ar-
te faciem Dei? Itaque hac dulcissime exhorta-
sancti homines expectant & desiderant
extremū vitæ exitū: quibus certe mors
non est verè mors, sed ianua vitæ, pre-
cipiū refrigerij, & scala regni cælorum.
Neque inde sequitur, iustos non refor-
midare mortem naturaliter, cū & Chri-
stus, ut secundum secundum
quām p-
tam tim-
tam de-
tus, et si-
tamen c-
re salut-
tem, qui
mortem
det & ex-
& laran-
Apostol-
minus c-
expallui-
ut, & si-
nuit. T-
piscopu-
stante c-
generis
dixit. Q-
hil in m-
hæ me-
alleuam-
affert p-
datur se-
tuosèt
inde cu-
disceder-
2. Cum
flas

Psalm. 43.

E VITA
s nō soli-
sponsa & i-
extremo ap-
linis vobis i-
primis in-
cor ipso-
efficiuntur
r consolam-
dictum ei, i-
amen ab ho-
suscipitur i-
seriarū & a-
nus, & pia-
Meritō ego
nullam tem-
omnes ea-
spernamus
elestes a-
in sancto mo-
fiderat ceru-
t: anima mea
te Deū for-
apparebā
i spe cœdi
c desiderat
certè mo-
vita, pia-
cælorum
on refor-
cū & Chi-
slus,

CHRISTI. PARS. II.

628

fus, vt homo, signa formidinis dede-
tit; sed iustus aliter reformidat eam
quam peccator; nam peccator verè cau-
fam timendi habet, & saepe ob diffiden-
tiam de salute, desperat: sed homo iu-
stus, et si ex infirmitate nature turbetur,
tamen ob certam fiduciam consecutu-
ta salutis nō deiicit animū; timet mor-
tem, quia vicina est, sed quia scit se post
mortem longè fælicius victurum, gau-
det & exultat. Itaque timendo lætatur,
& lætando timet. Talis erat gloriōsus.
Apostolus Andreas, qui conspecta e-
minus cruce sibi parata non timuit, nec
expalluit, sed magna lætitia eam saluta-
uit, & singulari animi fortitudine susti-
nuit. Talis quoque fuit magnus ille E-
piscopus Martinus, qui morte iam in-
stante conspecto iuxta lectum humani
generis hoste, humili animi fiducia ei-
dixit. Quid hic astas cruenta bestia, ni-
hil in me funeste reperies: sinus Abra-
ham me recipiet. O quantum robur &
alleuamentum illo momento animæ
affert pura conscientia; dum recor-
datur se, adiuuante diuina gratia fru-
tuosè tempus suum expendisse, ac pro-
inde cum certa salutis spe ex hac vita
discedere.

*Cum dederit dilectis suis somnum, ecce
Cc. 7/ bære-*

hæreditas Domini, filij merces, fradu-
tris. Hoc discrimen est inter mo-
tem peccatorum & iustorum. quod
peccatorum sit verè mors, quippe quia
non solum corpus, sed etiam anima
quandatenus corrumpitur; sed
tur enim diuina gratia, qua ex-
ra eius vita, & incurrit mortem ver-
nam. Vnde licet corpora impiorum
in die iudicij cum alijs sint re-
tanda, tamen illa vita erit illis
morte grauior & acerbior, quia
cum animabus longe horribilis
morte, nempe æterna excruciantur.
Mor vero iustorum non potest ver-
ri mors sed somnus, quia motione
semper viuant; sicut Dominus ipsius
cubi dixit. *Quid credit, inquit, in me, si
morts fui, et vivet: & omnis qui
vivit & credit in me, non morietur
ternum.* Quare rectè mors iustum
appellatur somnus: anima enim
non viua, & corpus post breve tempus
excitabitur, ut cum anima beatissima
felicissimamque vitam agat. Et inde
sicut peccatores causam habent
mordi mortem: ita iusti potius
causam habent gaudendi: vnde & nunc
de morte impendente, alatus, & En-
sia sanctæ subsidia; non mortuorum.

Ioan. 11.

EVITA
ces, frustu-
est interna-
torum, que-
s, quippe qu-
d etiam an-
it; quid
a, quid
mortem
ora impio-
s sicut redi-
erit illis no-
ior, quia va-
horribilis
eruciabum
i potest vici-
i morientur
minus pote-
uit, in me, quia
omnis q-
moriens
ors iusti-
na enim se-
breue temp-
ia beatissi-
magat. Et id
m habent ut
i potius ca-
de & munia-
tus, & facie-
cerorem
dor-
CHRISTI PARS II. 625
dolorem, sed ineffabilē consolationē
illis conciliant, veluti certa signa liber-
tatis securitę, & periculosę peregrina-
tionis breui absoluendę: non secus quā
exultant gaudio nautae, dum post supe-
ratas multas tempestates maris, salui &
incolumes in portum inuehuntur. At-
que hoc erat desiderium illius sancti
Prophetę, qui deplorans moram ani-
mæ sue in hac vita æquo diurnio-
rem, ita precabatur Dominum. *Hei mi. Psal. 119.*
bi, quia incolatus meus prolongatus est, habi-
taui cum habitantibus cedar, multum incola-
sui anima mea. *Educ de custodia animam*
meam ad confitendum nomini tuo, me expe- Psal. 141.
stant iusti, donec retribuas mibi.

3. CONSIDERA sicut anima homi-
nis iusti nullo dolore efficitur, dum
separatur à corpore, quia scit, vt lo-
quitur Apostolus, dissoluta terrestri
domo huius nostræ habitationis, ha-
bere se aliam non manu factam, æter-
nam in cælis. Sic multo minus do-
let se diuelli ab omnibus alijs re-
bus creatis: illis enim nillo modo e-
rat affixa, imò potius erant illi gra-
ues & molestæ, vt quæ eam impedi-
rent quo minus perfectè suo Creatori
coniungi posset. Vnde gaudet se bene-
ficio mortis ab illis liberatam, vt frui
CHR.

2.Cor. 4.

CHRISTO in quo omnem suum
amorem collocarat, & spem omnam
defixerat, commodius posset. Adhuc
homini iusto dolores & angores agri-
tudinis & mortis apparent iucundus &
dulces, ob ingens desiderium patendu-
aliquid pro CHRISTO, & percut
sua expiandi. Similiter exiguis eri-
tus & terror ei a dæmonibus hostibus
suis, quia dum vixit sæpius eos expi-
nauit: & alia ex parte multi angelorum
chori se visendos præbebunt, ad eum
animandum, defendendum & cou-
landum. Immò, vt legitur, saepè quid
angelorum Dominus illo tempore
momento dignatus est solari seruos
suis, sicut promisit Apostolis illis ver-
bis. *Si abiero & preparauero vobis locum, iterum venio, & recipiam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis.* Pe-
terea homo iustus ob bona conscientia
testimonium, & fiduciam in diu-
na bonitate & misericordia possum,
tunc sentiet tantam pacem tamquam
gaudio explebitur, & amore sui reden-
ptoris, vt omni metu depulso, de sua
electione & salute securus, inter ipsas
mortis amaritudines initium quad-
dam gaudiorum & voluptatum parvum
cælestis sit degustatus. *Quodque*

Ioar. 14.

mus pi-
Religio-
ph. Is e-
li, alij se-
horam
maximi-
stantes
sa esset
verboru-
tuplo in-
na, ijs
rentes,
mundi
aperit
iam suu-
pisset: c
tate tan-
miseric
lit cent
deferui-
tione.

4. FC
miseri
hoc ter-
mortis
lum, i
tis sinu-
videbit
sempre
uit, ad-

mus pio cuidam ordinis Cisterciensis Religioso accidisse, nomine Arnulpho. Is enim multis opibus huius saeculi, alijsque commodis desertis, cum in hora mortis, inter grauissimos dolores maxima præberet gaudij signa: circumstantes ab eo percontati sunt, quæ causa esset gaudij? Respondit se iam illorum verborum Domini, de reddendo centuplo in hac vita, & in altera, vita æterna, ijs qui propter CHRISTVM patientes, facultates, & alia bona huius mundi reliquissent, vim & efficaciam aperte experiri, sibiisque videri, quod iam suum centuplum in hac vita receperisset: eo quod in illa dolorum acerbitate tanta consolatione ex certa diuine misericordie spe perfunderetur, ut malit centies plus bonorum huius saeculi deseruisse, quam destitui illa consolacione.

4. F O E L I X ergo anima illa, quæ miseri huius exilij finem consecuta, hoc terreno carcere soluta; omni metu mortis & hostium libera, euolat ad cælum, in beatum æternæ pacis & quietis sinum, vbi semper habebit & coram videbit, & amplectetur Dominum cui semper seruuiuit, quem toto corde amat, ad quem tandem tota læta & glorio-

riosa peruenit, ubi sine impedimento
vlo in cælestium spirituum curia
piterno iubilo suum creatorum
dicit & laudabit, qui eam totam
debit & vicissim possidebitur ab ea
anima mea, quandoquidem totu
nas & tribulationes procreat haec
& tanta bona apportat mors, quae
diutius haeremus? O quando sem
nis erit huius asperæ hyemis? cum
tristis ista nox transibit, & disp
vmbra huius mortalitatis: contra
primum & floridum ver apparbitur
hix ille dies æternitatis & vita im
ortalis? Beata illa anima, quæ reman
dolorum assecuta audit vocem spei
dicentis. Ecce venio cito: & illa mo
spondet, Veni Domine Iesu. Felicitas
tantopere desiderata, quando ipse
lestis sponsus totus latus & alacri
currit animæ serui de corpore ex
tis: O quanto cum gudio illa na
carcere illo egreditur, imo quoniam
maturat & currit audita voce vocata
& dulciter inquitantis his verbis, pro
propera amica mea iam enim hyemis tristis
imber abiit & recessit, flores apparet
terra nostra: vineæ florentes dederat
rem suum: vox turturis audita est uox
nostra, quasi diceret. Egrede te uox
vna

Apoc. vlt.

Cant. 2.

veni filia mea carissima, ne timeas, nec
contrembras, migras enim ab exilio ad
patriam, à miserijs ad fælicitatem, à pe-
nitus huius laboriosi sæculi ad pacifi-
cum æternæ salutis portum. Veni, quia
iam asperitas hyemis transiit, dolor o-
minis & gemitus recessit, non amplius
hoc corpore corruptibili grauaberis,
nec mortalitati carnis subiecta eris:
nunc enim incipiunt apparere vitæ im-
mortalis flores, & odorem perfectæ ca-
ritatis, iustitiae & sauititatis reddere.
Incipies quoq; instar castæ turturis tu-
um creatorem laudare & benedicere.

Intra ergo in gaudium Domini tui, in- *Matth. 25.*

gredere æternas meas nuptias, vbi im-
mortalitate dotata sine fine gaudebis,
& exultando vna cum angelis, alijsque
cælestibus ciuibus perpetuum Alleluia
cantabis.

Tob. vlt.

COLLOQUIVM.

O Dulcissime & clementissime Do-
mine IESV CHRISTE, in cuius
manu est vita & mors nostra, cuius-
que beneficio omnia sunt & viuunt.
obsecro te, per ardenter caritatē, qua
vera vita existens mori voluisti, vt nos
vna tecum in æternum viueremus,
ita

Apoc. 13.

630 MEDITAT. DE VITA

ita velis accendere cor meum in amore tuo, ut nihil in hac vita aequo opposeat mihi ipsi spiritualiter mori, omni studio enitar, omnia inordinata desideria, & animi perturbationes donare & comprimere, ac continenter oculis metis obiectam habeam harum terrarum creatarum vanitatem & incostituentiam, nec non perpetuam incertitudinem vestis memoriam: conerque ita vitam statuere, ac si eo die mihi monita esset, ut in extremo vitae agone anima mea, omni metu mortis & inimicorum suorum vacua, securè ex hac vitare possit, & a sanctis Angelis divinis conspectui tuo praesentari, ac eternam liciter viuere in aeternum.

DOCUMENTA.

1. **C**HRISTVS referens prauam & infelicem exitum dñiis episcopis & contra, beatum finem mendici Lazarum, euit nomen dñiis, & pauperis expeditum docendum nos, vt quando referimus res comedere & ignominia comunitas non nundamus earum autorem, si autem referimus aliquid laude & imitatione dignum, etiam nomen autoris patefaciamus.

1. Dei nes in Eu nsi aliqu ra, nullus nec villan illud Proscribent statim de homines 3. In omnes de dñi nicias, bus divinitatis impossibilis facit diu nis facit elec tatis sunt acquiri p difficile e tutis sub scientia, re. Qui duites ne laqueur das est, q nis per e dñiibus date ele da erunt 2. Hi

neum in ante-
a æque opim-
es in Euangeliō, ut intelligamus, peccatores
mori, omnes
ordinata de-
iones dona-
inentei vici
harum resu-
incōstantia
ettitudinum
e ita vita
i, in occida
agone aucti-
x inimicorum
x hac viam
ngelis dico-
i, ac tecum
A.
prauam
initis episo-
ici Lazarus
is expelle, d
erimus resu-
tas mephal-
referamus
am, etiam
2. 10

1. Deinde ideo non nominatur hic homo di-
a aliquando magnum nomen habeant in ter-
nus, nullum tamen nomen habere apud Deum,
secundum illud Prophetæ; recedentes à te, in terra *Ierem. 17.*

3. In omnibus Euangelijs locis, Dominus quo-
ties de diuitiis loquitur, eas cōdemnat ut per-
nicioſas, vel reprehendit & minatur homini-
bus diuitiis, vel etiam eorum salutem facit
impossibilem. Deinde quoquies fere mentionem
facit diuitiarum, simul quoque mentionem
facit eleemosynæ: ut intelligamus, etiam si di-
uitie sint res quædam adiaphoræ, que licet
acquiri posse & possideri, tamen admodum
difficile est, in modo ut Dominus dicit, diuinæ vir-
tutis subsidio opus est, ut quis posse salua con-
scientia, saluteque anime sue opes accumula-
re. Qui enim, inquit Apostolus, volunt di-
uites fieri incident in tentationem &
Ibid.

4. *1. Tim. 6.*
laqueum diaboli. Nulla autem via & mo-
dus est, quo diues ad salutem peruenire posse,
nisi per eleemosynas; sic enim Dominus ipse
diuitiis consuluit. Veruntamen, inquit, *Luc. 11.*
date eleemosynam, & ecce omnia mu-
da erunt vobis.

4. Hic pauper Lazarus iacebat ad ianuam
dini-

diuitis, cupiens exsaturarit anum
mensa eius cadentibus, & nemo illi la-
tum, & lucratum,
Vnde cognoscere possumus, nimis
verum huius vite efficere ut homo
faciat caritatis erga proximum, &
commiserationis, quam homo erga
habere solet. Vnde ferè fit, egeniore,
nus rebus temporalibus abundanter,
caritate & misericordia moueri erga
quam diuites.

5. Pauper hic mendicus totum diem
mebat in petenda eleemosyna ad iuu-
uitis, & nemo illi dabant. Vnde con-
quantum possit eorum exemplū, qui sum
capita & superiores quia experientia
mus, dum caput familie caritatem &
ricordia exerceat erga pauperes similes
domesticos & famulos ad caritatem
pensos. Contra, quando nullā ex auaritia
sericordiam demonstrat pauperibus, non
que familia erga eosdē pauperes se inno-
cordem & crudelē declarat. Vnde con-
sequitur, sicut eiusmodi familia capi-
malo exemplo occasiōne dant domesticos
ut peruersi sint, & mores Domini sui in-
tentur, ita suo tempore rationē ab iis rabi-
dam, & cruciatus inferni sustinendos mar-
lum pro suis, sed etiam subditorum peccati
6. Pauper Lazarus ut mīcas opibat, in-
tentus erat tantū mīcis ē mensa diuitiis.

CH
15: V
16: lucra
17: tantum,
18: communie
19: peccata si
20: quis re
21: Mort
22: tis dep
23: us est &
24: Vbi ex v
25: parte qui
26: tronum bu
27: eratarur
28: lum, & se
29: per in con
30: parte pot
31: dignitatu
32: nam pre
33: restimen
34: indiq; et
35: nam ama
36: tia in sun
37: Itaque si
38: tienter,
39: possidebit
40: quonodo
41: faciant i
42: fauro.
43: 8. A
44: est term

16: ybi vides quam exiguare diuites pos-
sunt lucrari celum, si nimur superuacanea
artum, & que est mensa ipsorum excidunt,
communicent pauperibus: sic enim possent
peccata sua redimere, & parare amicos, &
subibus recuperentur in eterna tabernacula.

1. Mortuus est Lazarus mendicus, & ab an-
gelis deportatus est in sinum Abrahæ: mor-
tus est & dives, ac sepultus est in inferno.
Ibi ex virtusque fine potes estimare, ex una
parte quis exitus sit æruminarum & tribulari-
tionum huius vite, patienter & humiliter to-
leratarum, quia per illas patet aditus ad celum, & sessionem glorioforum principum, sem-
per in conspectu Dei viventium. Ex altera
parte potes videre, quis finis sit voluptatum,
lignitatum, & commoditatum huius vite:
nam pretiosa hominis peccatoris & superbi
vestimenta conuertuntur in flamas ignis,
vndiq; eum consumentes, laute epulæ in eter-
nam amaritudinem, omnis gloria & abundan-
tia in summam ignominiam & calamitatem.
Itaque si pauper es, vel infirmus, tolera pa-
tienter, ob spem eternorum bonorum, que
possidebitis in celo: si vero diues sis, vide
quomodo vitam instituas, & caue ne opes
faciant te diuelli a Deo, uno anime tue the-
sauro.

8. AEquè moritur diues ac pauper: mors
est terminus rerum omnium, qua, vt omnes

634 MEDITAT. DE VITA

illecebræ & commoditatem opulentorum, ita
omnes angores & afflictiones in opum cau-
duntur & finiuntur. Unde discere potest, cum
nem merito posse, vel extolli ob magnas opes,
quia brevi tempore deserendæ sunt, vel ad-
mum despöndere ob inopiam, & afflictiones
huius vitæ, quia brevi finem habebunt.

9. Lazarus mendicus, ulceribus plenus, &
ab hominibus contemptus a Deo tanti estimu-
tus est, ut animam eius ab angelis curauit
deferri in locum eternæ requietis. Unde di-
nunquam ullam hominem quatumvis vilis,
pauperem, & infirmitatib. plenum contineat
quia eiusmodi se patienter ferant tribula-
tiones a Deo immisæ, gratiores sunt divinae
miserati, & in celo glorioſores omnibus, que
mundus in summo habet precio & exis-
tione.

10. Ex angoribus quibus homo affigit
in hora mortis, & se uero iudicio quod Deo
facit anima e corpore egressa, pro emendati-
one vitæ tue disce tria semper menti obiecta
habere, & nūquam e memoria deponere. Pri-
mum est, quantam crucem & dolorem illi
puncto temporis ob Deum toties offenditum si-
sensurus: itaque procura, dum viuis, penitentia
tiam agere de peccatis præteritis, & de cat-
tro D E V M non offendere. Alterum est, que
topere optaturus sis te quamplurima opera
bona ad gloriam Dei per omnem vitam se-
nare.

ulcentorum, in
inopum conclus
ere potes, ueni
b magna spes,
e sum, vel an
afflictiones
bebunt.
bus plenus, &
o tanti estim
gelis curaem
tis. Vnde dia
tumus uilen
um contine
ant tribulat
ant diuinae cou
es omniab. gau
& existim
mo affigunt
io quod Deu
ro emendatur
menti obiecta
leponere. Pri
dolorem illo
s offendit s
uis, penitent
, & de cate
um est, quan
turima quer
m vitam se
cili

isse, ut Deum illa hora inuenias propitium,
quare fac, ut nunc, dum potes incipias bonis
operibus diligenter vacare. Tertium est,
quantam penitentiam tunc pro peccatis des
iderabis facere, si vel minimum temporis tibi
concederetur. age ergo, ut nunc ita viuas, &
penitentiam agas, ut illo punto te egisse o
pares.

11. Cum mors tam sit certa, & hora mortis
tam incerta, ut nec unū diem vita nobis pos
simus promittere, valde vigilare debemus, &
quolibet die mane, nobis quoad fieri potest per
suadere, illum extreum esse diem vita no
stra, atque ita animam nostram negotia que
nostra curare & disponere, atque si post illum
diem vixi non essemus: neque contrarium
nobis persuadere debemus, si enim id feceri
mus, fieri non potest. ut fallamur: si enim
quotidie potest mors in nos insilire, merito
eam quotidie, nullo habito dierum discrimi
ne, prestolari debemus.

12. Valde utile & necessarium documen
tum est, quod Sapiens nobis reliquit his ver
bis. Memorare nouissima tua, & in æ
ternum non peccabis. Ex recordatione Psal. 110.
enim mortis, Primo nascitur Timor Dei, qui
est principium sapientie, & omnis boni. Se
cundò facit, ut homo sit sibi presens, & ad
vertat ubi figendus sit pes, ne labatur, Deum
que offendat, atque ita facile abstinet a pec
catis.

636 MEDITAT. DE VITA

catis. Tertiò, aperit homini oculos, ut cognoscat propriam miseriam: qua cognitione superbia corruit, & exurgit humilitas omnium rotutum custos. Quartò, efficit, ut homo cognoscat omnium rerum præsentium remitterem, ut quod à nulla verè iuuari posit, nullam quoque hinc sit secum delaturum. Unde fit, ut facile ab eo contemnatur, nec suam in iis colloget; sed in solo Deo, bonis & festibus. Denique persistendo in mortuam memoria, timor tandem conuertitur in amorem, & mors ipsa que prius videbatur terribili, incipit fieri optabilis, ut qua finem posse sit tantis periculis & miserijs, principium vero factum, ra vita beate & immorta- lis.

